

## LECTORI MEDICO.

**P**AUCIS tecum seorsim agere, Lector Medicinæ studiofissime, desidero: sunt enim quædam in hisce quæstionibus, quorum ego te peculiariter admone- re, vel de his ipsis me breviter apud te excusare debui, multis tamen brevitatis studio omis- sis, paucula hæc tua bona venia subdam. Etenim quod hic quædam sicco, ut ajunt, pede transegerim, quæ tamen à me audire, ut qui à communi doctorum hominum opinione in plerisque dissentiam, desiderasses, tibi fortasse minus probabitur; mancumque in hac parte me fuisse judicabis. si tamen ad operis institutum temetipsum convertas, ne nullo modo deliquisse fateberis.

Erunt præterea ex Medicis quidam adeo religiose præceptorum verba, & dogmata observantes, ac recolentes, ut in hæc incidentes, quæ aliquando contra præceptorum sententias prolata sunt, nefas hoc non solum remittere mihi recusabunt, sed condigna pœna tale piaculum esse plectendum serio affirmabunt; quasi Philosopho viro non nisi alieno ingenio liceat philosophari, aut quasi humano generi id primum profit, quod Plato, aut Aristoteles locuti sint, quod veritatem autem, aut falsitatem adstruerint, nihil. Num tantum posse debet personarum acceptio, ut magis attendendum ducatur, quod quisquis sit loquatur, quam quid loquatur? Te verò valere talis farinæ homines jubere existimo, qui quasi cæstro perciti in arma, & ignem se conjiciunt, cum quid contra præceptorum suorum auctoritatem aliquem protulisse audierint. Ego præceptores summo honore afficiendos esse sentio, cæterum quemlibet philosophari etiam contra eorum dogmata non solum non improbandum, sed laudandum, nec modo non negligendum, sed optandum, neque enim aliter indies magis magisque veritas elucescit, etiam ex his, quæ contra ipsam veritatem pronunciantur.

Quod ergo hic me tantopere in multis Medicinæ, ac Philosophiæ præceptoribus primariis contrariari competias, scito, Deum homineque testor, non nisi rerum veritatem indagandi avidum id me patrafse, & licet potuerit vana veritatis species me decipere, tamen non ob id accusandum me erroris existimes, quisquis es, qui veritatem præ omnibus amandam, ac recolendam censet. Si quæ vero alia sunt, quæ à Medicorum stilo abhorreere tibi videantur, nauseamque tibi facile excitent, præter rem ita me hæc disposuisse ne putes: cum Iurisperitis enim agentem, non aliter scribere oportuit; sed tu quæ tua sunt æquo accipias animo velim, quæ vero ad te minus pertinere videbuntur, valere finito, ac tu quoque vale.

L E-

## LECTORI LEGUMPERITO.

**V**EREBAR, cum ad hæc exaranda jamjam me ipsum accinxissem, ne illud Plauti mihi obiceretur in *Pænuli*. act. 4. Scen. 2.  
M. Omnem operam perdis. S. Quid jam? M. Quia doctum doces. Inanis enim, ac stocci pendenda opera videri cuiquam poterat in ipsis Doctorem Legumperitis se præbere, quæ jam ipsi in suis monumentis rata, ac sancta habent, & quæ ipsi poterant vice versa quemlibet doctum virum, non me ipsam modo docere. Cum tamen animum advertissem, ac humanissimos, & æquissimos rerum arbitros comperissem unicumque in arte sua plurimum tribuere. I. septimo mense. ff. de stat. hom. l. i. ff. de ventr. Inspec. & ibi Bart. num. 3. ac præsertim Medicis in iis, quæ ad artem Medicam spectant standum esse illos sancivisse, Guid. Papa sing. 780. Mascard. de Probat. Concl. 1034. num. 2. Vol. 2. Rota in novill. decif. 620. num. 3. part. 1. & facit ex nostris Hippocrates in lib. de vet. Med. in prin. inanem illum timorem abjecti, ac provinciam hanc licet supra vires mihi laboriosam, libentissime suscepi. Neque enim extra artis propriæ limites progredientem, tanquam vilem futorem ultra crepidam iudicium ferentem naso quisquis sit me suspendere adunco jure poterit. bona igitur spe stimulatus ad operis finem propositum assequendum totis nervis contendendi, qui talis fuit, ut Iurisperitis primo, ac dehinc etiam Medicis ipsis scriberem, ac utrisque quoad fieri poterat, satisfacerem, quod quanto labore præstitierim nullus unquam judicare poterit, nisi is, qui singulas per se hujusce operis partes diligenti examine perferutabitur.

Neque enim ut Iurisperitis rem gratam facerem sat habui, eas materias, quæ ad propositum argumentum pertinebant, nostro, Medico nimirum more, pertractare, sed omnino me in Iurisperitum transformare tentavi, ac in omnibus, & per omnia legaliter agere, quod an mihi laboriosum fuerit, ipse Legumperite optime veritatis Iudex perpendito. cum namque, ut excogitatum scopum assequer, plures doctorum hominum auctoritates congerere mihi necesse fuerit, solas Medicorum non sufficere apertissime videbam, sed unâ ipsarum Legum sanctionibus, ac Iureconsultorum testimonio omnia quæcunque dicerentur munire, non minus Lectori Legumperito jucundum, aut utile, quam omni ex parte mihi necessarium esse duxi. Ergo Legum, earumque interpretum, cæterorumque doctorum volumina revolvere jamjam destinans, ad operam, licet inexpertus me accinxi, neque enim alicujus opera in ea re uti aut animus suadebat, aut scribendi occasio permittebat. Industri denique labore, quod mihi proposueram, si non integre, saltem aliqua ex parte affectum me esse, etiam ipsorum non infima conditionis Iureconsultorum testimonium promittebat. tamen omnia tuta pertimescens, abhuc anceps, & hæsitans hæc in lucem exire vix assensus sum, ut qui satis superque perperitum habeam, me quoad hanc hujusce operis partem, pedem in alienum chorum intulisse, unde facile dubito, ne imprudens extra chorum exiliverim. Fortasse etiam ob legatis scientiæ imperitiâ, & non sanum intellectum facile evenisse potuit, ut textus, ac doctorum auctoritates aliquas ad rem minime adduxerim, & contra, quæ ipsis Iurisperitis protrita, mihi tamen ignota commode, atque apte ad rem adduci poterant, nihilo secius adduxerim.

Pluribus etiam auctoritatibus dicta quædam peculiararia munire cum Iurisperitis agentem oportebat, qui sine lege loqui erubescunt (quod apud illos protritum est, & restantur ex nostris Roderic. à Castr. in Med. Polit. lib. 1. cap. 12. & Obicius de Nobil. Med. dial. 1.) quod tamen ob scribendi modum à nostro alienum prætermisum est. Potuit & illud factum esse, ut multa longioribus forte fortuna pertractaverim, quam materia, & Modernorum desiderium summa, ac perspicua brevitate gaudentium. Gloss. in l. i. ff. de eo quod Met. caus. requireret, quinimmo etiam, ut pleraque obscuriori verborum serie à Legali facilitate abhorrente discussis, quæ tamen omnia gratis condonare mihi jure poteris, humanissime Lector Legumperite, eaque aut tantisper laudare, aut non omnino vituperare, si modo aqua lance cuncta librabis. Vale.

A P-



A P P R O B A T I O N E S,

quibus gaudent

L I B E R P R I M V S.

Imprimatur, si videbitur Reverendiss. P. M. Sacri Apostoli Palatii.

*P. Episcopus de Curie Vicegerens.*

**D**E mandato Reverendiss. P. Fr. Hyacinthi Petronii Sacri Palatii Magistri, Ego infra scriptus præsens opus Pauli Zacchiæ Medici inscriptum, *Quæstiones Medico-Legales*, legi diligenter, in eoque nihil inveni, quod Sanctæ Romanæ Ecclesiæ repugnet, aut bonis moribus adversetur, in quorum Fidem, &c.

*Prosper Martianns Medicus Physicus manu propria.*

*Imprimatur.*

Fr. Ignatius Ciantes Rom. Reverendiss. P. Fr. Hyacinthi Petronii Sacri Apostolici Palatii Magistri Socius, Ordinis Prædicatorum.

L I B E R S E C V N D V S.

Imprimatur, si videbitur Reverendissimo Patri Magistro Sacri Palatii Apostolici.

*A. Episc. Hierac. Vicefg.*

**P**resentem hunc Secundum Tomum Quæstionum Medico-Legalium per Excellentissimum D. Paulum Zacchiam elaboratum, cum de Commissione Reverendiss. P. Fr. Nicolai Rodulfi Sacri, & Apostolici Palatii Magistri perlegentem, nihilque in eo Catholicæ veritati, ac bonis moribus adversum, ac repugnans invenerim, prælo subijci posse existimo.

*Baldus Baldus Medicus Phys. manu propria.*

Imprimatur, Fr. Vincentius Martinellus Mag. & Soc. Reverendiss. P. Fr. Nicolai Rodulfi Ord. Prædic. Mag. Sac. Palatii Apostolici.

L I B E R T E R T I V S.

Imprimatur, si videbitur Reverendissimo Patri Magistro Sacri Palatii Apostolici.

*A. Episc. Hierac. Vicefg.*

**E**go infra scriptus de Mandato Reverendissimi P. Fr. Nicolai Rodulfi Sacri Apostolici Palatii Magistri, legi hunc Tertium Librum Quæstionum Medico-Legalium in Tres Titulos distinctam, quorum Primus est de Impotentia coeundi, & generandi; Secundus de Morborum simulatione; Tertius de Peste & Contagio, & nihil in eo reperi, quod sit fidei, aut bonis moribus contrarium, & in fidem, &c. hac die 29 Januarii 1628.

*Alexander Buccabella manu propria.*

Imprimatur, Fr. Iacintus Lupus Mag. & Soc. Reverendissimi P. Fr. Nicolai Rodulfi Ord. Præd. Mag. Sac. Palatii Apostolici.

L I B E R Q V A R T V S.

Imprimatur, si videbitur Reverendissimo Patri Magistro Sacri Palatii Apostolici.

*A. Episc. Hierac. Vicefg.*

**E**go infra scriptus de Mandato Reverendissimi P. Fr. Nicolai Rodulfi Sacri Palatii Apostolici Magistri, legi hunc Quartum Librum Quæstionum Medico-Legalium; in quo Primus Titulus est de Miraculis; Secundus vero de Viginitate, & nihil in eo reperi quod sit fidei, aut bonis moribus contrarium, & in fidem me subscripsi. Romæ 1. Novembris 1627.

*Alexander Buccabella Romanus.*

Imprimatur, Fr. Iacintus Lupus Socius Reverendissimi P. Fr. Nicolai Rodulfi Ord. Prædic. Mag. Sac. Palatii Apostolici.

L I.

L I B E R Q V I N T V S.

Imprimatur si videbitur Reverendiss. Patri Magistro Sacri Palatii Apostolici.

*A. Episc. Bellicastr. Vicefg.*

**E**go D. Nicolaus Pilo Examinator, & Promothor in Univeritate Turritana, perlegi ex commissione Reverendissimi Patris Magistri Sacri Palatii præsens volumen à D. Paulo Zacchia compositum (quod inscribitur Quæstionem Medico-Legalium Liber Quintus. de Ieiunio, & Quadragesima) à Titulo primo usque ad Titulum quartum inclusive, in quo nihil inveni quod Fidei, & bonis moribus non sit conforme, Immo utile judico, & proficuum ingeniosis, & tum animo, tum corpori valde salutare, in quorum fidem me subscribo. Romæ die 20. Mensis Martii 1630.

*D. Nicolaus Pilo Sardinus.*

Imprimatur, Fr. Antoninus Cellius Mag. & Socius Reverendissimi P. Fr. Nicolai Riccardii Ordinis Præd. Sacri Apostolici Palatii Mag.

L I B E R S E X T V S.

Imprimatur, si videbitur Reverendissimo Patri Magistro Sacri Palatii Apostolici.

*A. Tornellus Vicefg.*

**R**everendiss. Pater Magister Sacri Palatii Apostolici, Pauli Zacchiæ, Ius docendo in toto jam Orbe satis clari, & in Vrbe Medicinam faciendo, nunquam satis laudati Viri, has Sexti Libri Medico-Legales Quæstiones, quæ legantur à Doctis Viris, quæ videantur à piis, dignissimas esse sentio, quod eas ubique in se doctrinæ plurimum, improbitatis nullibi quid habere, viderim. Romæ decimasæptima die Februarii 1634.

*Angelus Colius.*

Imprimatur, Fr. Antoninus Cellius Mag. & Socius Reverendissimi P. Fr. Nicolai Riccardii Sacri Palatii Apostolici Mag. Ordinis Præd.

L I B E R S E P T I M V S.

Imprimatur, si videbitur Reverendiss. Patri Magistro Sacri Palatii Apostolici.

*A. Tornellus Vicefg.*

**M**andante Reverendiss. P. Fr. Nicolao Riccardio Sacri Palatii Apostolici Mag. librum hunc Quæstionum Medico-Legalium quatuor Titulis hoc est, *De Mensuris. De divinis Officiis. De debito Conjugali. & De Stygmatis Magorum*, constat legi, de eoque, ut meum iudicium proferam, ita sentio. Hoc opus doctrinæ, quam continet singularitate egregium, authorem suum Paulum Zacchiam facile agnoscit, quem etiam scientiæ probitate, & præstantia adamussum refert, cum in se nihil habeat non suspiciendum, nihil non suspiciendum, Postrema Novembris. M. D. C. XXXIV.

*Angelus Colius Senen.*

Imprimatur, Fr. Nicolaus Riccardius Sacri Palatii Apost. Mag. Ord. Præd.

C A T A.



CATALOGVS AVCTORVM,

Qui in duobus primis Libris citantur.

I V R E C O N S V L T I

<p><b>A.</b> Abbas. Aemilianus. Afflictus. Albericus. Alciatus. Alexan. Tartagna. Alex. Tertius. Amedeus. Angel. à Gambell. Anton. Augustin. Ant. Franc. de Doct. Archidiaconus. Aretinus. Auctor de Potestate Sa- cul. &amp; Ecclef. Augustin. Barbofa. Azo.</p>	<p><b>B.</b> Aldus. Barbat. Barbofa. Bartol. à Saxofer. Bartol. de Nucio. Bellamera. Bellonius. Bertachin. Boccatius. Boerius. Bolognetus. Bofius. Brunellus. Budeus. Burfattus. Buttrigarius.</p>	<p><b>C.</b> Aballus. Cagnolus. Calepinus. Calvinus. Caravita. Carrerius. Cassanæus. Castracanius. Cæphal. Chacheranus. Clarus.</p>	<p><b>D.</b> Amhouderius. Decius. Diaz. Duenus.</p>	<p><b>E.</b> Emanuel Rodericus.</p>	<p><b>F.</b> Ab. de monte S. Sau. Farinacc. Felicius. Felinus. Flamin. Parisius. Fœnutius. Franc. Squillacen. Franc. Torreblanca. Fridericus Schench.</p>	<p><b>G.</b> Abriel. Gaitus. Garzias. Giurba. Glossa ordinaria. Grammaticus. Gratianus. Guaccius. Guazzinus. Guiland. Guibertus. Guil. de Sod. Gundisalvus.</p>	<p><b>H.</b> Ostienf. Hieronymus Præ- videllus. Hippolytus de Marf.</p>	<p><b>I.</b> Acobus Sprenger. Iafon. Ioannes Andreas. Ioseph Ludovicus.</p>	<p><b>L.</b> Anfrancus. Leonellus. Ludovicus Montaltus. Ludovicus Romanus.</p>	<p><b>M.</b> Achellus. Majolus. Malvasia. Malvertius. Mangrella. Mantica. Mantua. Maranta. M. Anton. Blancus. M. Anton. Genuen. Marta. Martia de Arles. Martinus Delrius. Mascardus. Marth. Matthes. Menoch. Medices. Mohedan.</p>	<p><b>N.</b> Avarra. Nepos à Montalb. Nicasius. Nicol. Plovius. Novellus. Nunez.</p>	<p><b>O.</b> Oinotomus.</p>	<p><b>P.</b> Paris à Puteo. Parisius. Paul. Castrenf. Pedemont. Petra. Petrus à Biaxio. Petrus Follerius.</p>	<p><b>R.</b> Edoam. Riccius. Ripa. Rova. Roffredus. Rota Romana. Royz. Ruinus. Ruland.</p>	<p><b>S.</b> Sanazarius. Sanchez. Sarnus. Seraphinus. Sforza Oddus. Symon de Pretis. Socinus Senior. Socinus Iunior. Surdus.</p>	<p><b>T.</b> Extus Canonici. Textus Civiles. Thefaurus. Tiraquellus. Tuscus.</p>	<p><b>V.</b> Antius. Verallus. Viglius. Vincenc. Carrarius. Vivius. Vvgarellus.</p>	<p><b>Z.</b> Abarella. Zacchias. Zilettus.</p>	<p><b>Petrus Gerardus. Petrus de Vnzol. Pileus. Polydorus Ripa. Ponzinibius. Portius. Puteus.</b></p>
---	--	---	---	---	---	---	---	---	--	--	--	---------------------------------	---	--	--	--	---	--	---

M E-

C A T A L O G V S  
MEDICI ET PHILOSOPHI.

<p><b>A.</b> Acriarius. Aelianus. Aemilius Macer. Aetius. Aldovrand. Alemannus. Alex. Aphrodis. Alex. Bened. Alex. Massaria. Alex. Petronius. Alex. Trallianus. Ali habbas. Alphonfus Ferrus. Alfabaravius. Amatus Lusitanus. Ambrosius Paræus. Andreas Baccius. Andreas Cæsalpin. Andreas Gallus. Andreas Laurentius. Andreas Thulinius. Andreas Vferius. Antonius Beniven. Antonius Guainer. Anth. Santorellus. Aretæus. Aristoteles. Arnaldus. Avenzoar. Averroes. Avicenna.</p>	<p><b>B.</b> Accanell. Balduin. Ronsejus. Bartholomæus Magius. Baverius de Baveriis. Bernard. Gordon. Bertrucius. Bonacciol. Bonaventura. Brafavola. Io. Bustamantinus.</p>	<p><b>C.</b> Amillus Ravenas. Carol. Clufius. Carpenf. Carrarius. Chrysof. Iavell. Christoph. à Costa. Christoph. à Veiga. Claudius Giardin. Cleopatra. Cælius Aurelianus. Conradus Gesnerus. Constantinus. Corbeus. Cordeus. Cornel. Celsus.</p>	<p><b>D.</b> Iomed. Amicus. Dion. Fontanonus. Dioscorides. Donat. Ant. Altom. Dom. Ierilli.</p>	<p><b>E.</b> Piphan. Ferdinan. Eustach. Rudius.</p>	<p><b>F.</b> Ferdinand. Ponzet. Fœlix Platerus. Fortunatus Fidelis. Fortunius Licetus. Franciscus Arcæus. Franciscus Ioel. Franciscus Pedemont. Franciscus Valeriola. Franciscus Vallesius. Fumanellus.</p>	<p><b>G.</b> Abriel Falloppius. Galenus. Galeottus Martius. Gariopontus. Garzias ab Horto. Gaspar Bahuinus. Gaspar Talliacotius. Georgius Picior. Gentilis. Gregorius Horstius. Grevinus. Guilelmus Adar.</p>	<p><b>H.</b> Hercules Saxonia. Hippocrates. Horatius Augenius. Hieronym. Perlin. Hieronymus Capiu. Hieronym. Cardan. Hieronym. Fabritius. Hieronym. Fracaft. Hieronym. Garimb. Hieron. de Mamfred. Hieronymus Mercurial. Hieronym. Montuus. Hypopolitus Salvia.</p>	<p><b>I.</b> Iacob. Hollerius. Iamblicus.</p>	<p><b>K.</b> Cofteus. Curtius Marinellus.</p>	<p><b>L.</b> Ianus Cornarius. Ianus Damascen. Iafon Pratenf. Io. Crato. Io. Faber. Ioannes Emilian. Io. Baptista Codron. Io. Baptista Montan. Io. Baptista Porta. Io. Bruyerinus. Ioannes Fernelius. Ioannes Gorreus. Io. Herculanus. Ioannes Heurnius. Ioannes Hucherus. Io. Iacob. Lazarus. Io. Iacob. Wecher. Io. Michael Savonar. Ioannes Manardus. Ioannes Marinellus. Io. Riolanus filius. Ioannes Schenchius. Ioannes Tagartius. Ioannes Varandæus. Ioannes Zecchius. Io. Angelus de Conticil. Iofterius. Isaac. Iulius Cæsar Scalig. Iulius Cæsar Baricillus.</p>	<p><b>M.</b> Arcus Ant. Vlmus. Marcellus. Marcellus Donatus. Marfilus Cognatus. Marfilus Ficinus. Matthæus Curtius. Matthias Vntzerus. Mefius. Michael Paschalius. Montalcus. Montagnana. Mofchio. Moxius.</p>	<p><b>N.</b> Nancelius. Nicol. Abraham Frambef.</p>	<p><b>O.</b> Oddus ex Ventis. Oribafius.</p>	<p><b>P.</b> Aulus. Petr. Andreas Mat- thiol. Petrus Aponenf. Petrus Baprus. Petrus Castellus. Petrus dell' Argillata. Petrus Foreftus. Petrus Pigræus. Petrus Salius. Philippus Montalt. Philotheus. Pifo. Plato. Plinius. Plutarchus. Polæmon. Prosper Alpinus. Prosper Burgaricus.</p>	<p><b>Q.</b> Quintus Serenus.</p>	<p><b>R.</b> Abi Moyfes. Rafis. Realdus Columbus. Riolanus pater. Rocheus. Rodericus à Castro. Rondeletius. Rorarius. Rouffetus. Ruaffus. Ruellius.</p>	<p><b>S.</b> Antes Ardoinus. Scipio Mercurius. Scribonius Largus. Segarra. Seneca. Septalius. Serapio. Sever. Pinæus. Silyaticus. Simon Portius. Simon Sethi. Soranus Ephesius. Stephanus Roderic.</p>
---	---	---	---	---	---	---	---	---	---	---	--	---	--	---	---------------------------------------	---	--

Sym-



A V C T O R V M.

Symphorianus Campegius.	Themistius. Theophrastus. D. Thomas Aquin. Thomas Fienus. Thomas Iordanus.	V. Alefus Tarentin. Valverda. Vgo Senen. Vidus Vidius senior. Vidus Vidius junior.	Vincentius Alfarus. Winrichius. Wottonus.
T. T Addæus Florent. Taurellus. Theodorus Priscianus.	Timplerus. Trincavella. Trotula.	Z. Zoroaster Tinellus.	

A V C T O R E S M I X T I.

A. Elius Donatus. Adagia. Alex. Taffonus. Aloyf. Cadam. Antiphanes. Appianus Alex. Ateneus. D. Augustinus. Aufonius.	G. Gellius. Gomefius.	Lucianus.	R. Ravifius.
B. Biblia Sacra. Blondus. Bodinus.	H. Heliodorus. Henric. Kornmannus. Hermol. Barbarus. Herodotus. Hefiodus. Homerus. Horatius. Hyer. Vida.	M. Acrobisus. Mancinellus. Martialis.	S. Alluflus. Sarrochia. Seneca Trag. Sillius Italicus. Solinus. Sophocles. Strabo. Suetonius. Sigismund. Liber.
C. Cælius Rhodiginus. Calepinus. Catullus. Cicero. Claudianus. Columella. Cornelius Tacitus.	I. Iacobus Biderman. Io. Bapt. Marinus. Ioannes Bodinus. Ioannes Leo. Ioannes Monachus. Iovius. Iuvenalis. Iulius Pollux. Iustinus Historicus.	N. Nicol. de Lira.	T. T Affus. Tarcagnotta. Terentius. Theocritus. Theognis. Titus Livius. Trigautius.
D. Dantef. Dynus.	L. Lætantius. Lucanus.	O. Viedus. Ovidius.	V. Airus. Valerius Maximus. Varro. Vergilius.
	P. Aulucius. Palladius. Perfius. Petrarcha. Petrus Martyr. Phocylides. Pierius Valerian. Pindarus. Platina. Plautus. Propertius. Ptolemæus.	Q. Quintus Curtius.	

P A V.

PAVLI ZACCHIAE,

Medici Romani,

LIBRORVM,  
TITVLORVM,

&

QVÆSTIONVM MEDICO-LEGALIVM,

I N D E X.

LIBRI PRIM I

TITVLVS I.

De Ætatibus.

QVÆSTIONES.

i. Quid sit Ætas.	Pag. 1
ii. De divisione ac numero etatum.	1
iii. De Infantia.	3
iv. De Pueritia.	6
v. Qui dicuntur Pubertati proximi.	8
vi. De Pubertate.	9
vii. De Inventute.	14
viii. De Virilitate.	17
ix. De Senectute.	18
x. De Senio, seu decrepitate.	22

TITVLVS II.

De Partu legitimo, & vitali.

QVÆSTIONES.

i. De termino nascendi à Natura homini constituto, & an ea re à cæteris animalibus differat.	Pag. 28
ii. De Partu ante septimum mensem.	36
iii. De partu septime stris.	39
iv. De octime stris partu.	43
v. De partu nonime stris & decime stris.	47
vi. De partu supra decimum mensem.	50
vii. De signis non vitalis fetus.	52
viii. Quot fetus uno partu nasci possint vitales.	54
ix. Quot dierum spatio animetur conceptus.	56
x. Quinam partus proprie mereatur nomen abortus.	58

TITVLVS III.

De Prægnantia, Superfætatione, & Mola.

QVÆSTIONES.

i. An Prægnantia ex certis quibusdam signis possit infallibiliter cognosci.	Pag. 63
---	---------

i. De signis ex quibus prægnantie conjectura depromi potest.

97	
iii. An detur Superfætatio.	72
iv. Quid sit Superfætatio, quomodo, & quanto tempore post privam conceptionem fieri possit.	75
v. Quid sit Mola.	77
vi. Vtrum Mola absque viri concubitu generari possit.	78
vii. An molam gerens mulier ad quosdam effectus prægnans dici debeat.	81

TITVLVS IV.

De morte, causa Partus.

QVÆSTIONES.

i. De causa exceptionis mortis violente, & mortis ex partu, & causa partus, que fieri solet in contractibus societatum.	Pag. 85
ii. Quandoque mors ex partu, aut prægnantia eveniens debeat censeri excepta.	89
iii. Declarantur ea verba in instrumento apposita, excepta morte partus, & causa partus, & prægnantie.	92
iv. Particulares casus, ac regule exceptioni locum facientes.	94
v. Casus pro lucro facientes.	100
vi. Partus, & prægnantia in casibus exceptionis quomodo debeant esse causa mortis.	102
vii. Casus aliqui dubii proponuntur, ac resolvuntur.	105
viii. Argumenta in contrarium objecta proponuntur, ac resolvuntur.	107
Eorum omnium, que in universo hoc titulo continentur Epilogus.	111

TITVLVS V.

De similitudine, & dissimilitudine Natorum.

QVÆSTIONES.

i. De causis similitudinis Natorum variæ Aristoteli sententiæ.	Pag. 115
ii. De differentiis similitudinum, earumque causis.	118
iii. Quid	111



LIBRORVM, TITVLORVM

- xiii. Quid sit simile, quid dissimile, ac de vera & adaequata Similitudinis causa. 119
- iv. Similitudo an debeat facere conjecturam filtrationis. 123
- v. Filius mulieris, quo ab obitu prioris mariti illicito alteri nupsit, cuiusnam confendus. 125

LIBRI SECVNDI

TITVLVS I.

De Dementia, & Rationis laesione, & morbis omnibus, qui Rationem laedunt.

QVÆSTIONES.

- i. De multiplici Dementia, & huiusmodi nominum acceptione. Pag. 5
- ii. De pluribus amentie differentiis. 6
- iii. De signis non sana mentis. 7
- iv. Quenam animi facultates, ac quaratione, in quibusque Dementia ledantur. 11
- v. De rationis diminutione ex defectu aetatis, & sexus. 14
- vi. De rationis laesione ex animi passionibus, & ex pravitate morum. 16
- vii. De ignorantibus, fatuis, stolidis, obliviosis, & memoria orbatis. 20
- viii. De mutis & surdis. 24
- ix. De melancholicis. 25
- x. De amantibus. 28
- xi. De ebriis. 31
- xii. De dormientibus, & noctambulis. 34
- xiii. De lethargicis, comatosis, caroticis, omnisque generis somniculosis. 36
- xiv. De apoplecticis, epilepticis, lunaticis, & huiusmodi. 37
- xv. De illis a fulmine, attonitis, congelatis, & catalepticis. 39
- xvi. De phreneticis, maniacis, furiosis, egestatis, lycanthropicis, cynanthrop. &c. 40
- xvii. De hydrophobicis, seu rabiosis, ex assumpto veneno delirantibus, &c. 43
- xviii. De demoniacis, fanaticis, lymphaticis, praestigiatibus, enthusiasticis, engastrimatibus, & similibus. 46
- xix. De synopizantibus, sensu defectis, agomizantibus, Sin articulo mortis positis. 48
- xx. De mente alienatis ex morbis longis, seu vehementibus, ut peste & similibus. 50
- xxi. De paralyteticis, hypochondriacis, & omnibus dilucida intervalla habentibus. 51
- xxii. De suffocatis ex utero, & ex utero furentibus. 53
- xxiii. In quibusnam dementibus locum habeant eae conclusiones, nimirum: Semel furiosus semper praesumitur furiosus; & illa: Demens de praeterito praesumitur etiam demens de praesenti. 54

TITVLVS II.

De Venenis, & Veneficiis, & aliis ad ea pertinentibus.

QVÆSTIONES.

- i. De veneni nomine, & appellatione. Pag. 57

- i. De venenorum aërosione, & de variis venenorum affectibus. 59
- ii. De venenorum divisione iuxta eorum effectus. 62
- iv. De qualitate & quantitate veneni. 64
- v. An venenum sic proprie dictum possit in nostro corpore generari. 68
- vi. An dentur certa signa assumpti veneni. 69
- vii. De signis propinatis veneni, & de fallacia, & validitate eorum signorum. 72
- viii. De veneni ingeniti certitudine, & de signis distinctivis inter unum & aliud nonnulla reterantur. 77
- ix. An venenum veneno resistat. 79
- x. An detur venenum ad tempus. 81
- xi. Venenandi, qui modi possibiles, qui non. 82
- xii. Quorum praecipue venenorum commercium sit interdiciendum. 86
- xiii. De veneficiis, incantamentis, & fascino. 87

TITVLVS III.

In ll. aliquot. ff. de Aedilitio edicto.

QVÆSTIONES.

- i. De Aedil. causa, & de morbis conditionibus, qui locum redditionis facere debeat. Pag. 91
- ii. De morbi, ac vitii appellatione, & de differentia inter morbum & vitium. 92
- iii. De animi vitii. 94
- iv. De morbi gravitate, & levitate, & de morbo fontico. 95
- v. De melancholicis, & fatuis. 97
- vi. De impetigine, prurigne, & scabie. 98
- vii. De spadonibus, & canchris. 100
- viii. De lingua abscessa, & mutatae. 105
- ix. De cateris loquela vitii. 107
- x. De vitii sensu visus. 110
- xi. De oris scditate, edentulis, gutturosis, & antiadatis habentibus. 114
- xii. De varis, & variis, & claudis, & varicosis. 116
- xiii. De praegnantibus, & puerperis, de patiente mortuo, de sterili, & arida, de ea que bis in mense purgatur. 117
- xiv. Sanatus quis dicatur, de convalescentibus, de recidivantibus, & de morbis circums habitibus. 118
- xv. De hydrope, clarum habente, polyposi, scabra, & manco, & de urinam faciente. 120

LIBRI TERTII

TITVLVS I.

De Impotentia Coeundi & Generandi.

QVÆSTIONES.

- i. De causis impotentiae tam coeundi, quam generandi. Pag. 172
- ii. De impotentia ex defectu aetatis. 130
- iii. De impotentia ex defectu naturali. 131
- iv. De impotentia ex morbis. 132
- v. De frigidis, & maleficiatis. 135
- vi. De impotentia respectiva cetera. 140
- vii. De sterilitate feminarum, & de imperfectis. 142
- viii. Mi. 142

ET QVÆSTIONVM INDEX.

- vii. Mulier an ex semine virili concipere possit absque ejus conjunctione, & sine totali membrorum applicatione. 145
- x. De Hermaphroditis, Spadonibus, & Emulchis. 147

TITVLVS II.

De Morborum simulatione.

QVÆSTIONES.

- i. Qui morbi ut plurimum simulari soleant, qui item facilius, qui difficilius simulari possint. Pag. 151
- ii. Quaratione deprehendantur qui morbum simulant. 152
- iii. De simulata febre, effectisque ulceribus. 154
- iv. De simulato dolore. 156
- v. De simulata insana. 160
- vi. De simulato morbo cum defectu Animi, & sensus amissione, ut Syncope, Apoplexia, Epilepsia, Ecstasi, & alii. 162
- vii. De simulata virginitate. 163
- viii. De simulata praegnantia, & de partu supposito. 164
- ix. Mulierem peperisse, aut abortum fecisse, ex quibus conjici possit. 167
- x. De morbis dissimulantibus. 169

TITVLVS III.

De Peste, & Contagio.

QVÆSTIONES.

- i. Pestis quid sit, quid item Epidemia, & que sit inter eas differentia. 173
- ii. Quas conditiones habere oporteat morbum Epidemicum, ut Pestis dicatur, & ad hoc, ut Pestis privilegii locus deat. 176
- iii. De signis futuro, aut praesentis Pestis. 183
- iv. De cura praeservativa a Peste. 185
- v. Quid sit Contagium, quid & quotuplex contagiosus morbus. 188
- vi. Inreconsultarum assertiones nonnullas circa Contagium, & contagiosos morbos, quibus in casibus locum habeant. 190

LIBRI QVARTI

TITVLVS I.

De Miraculis.

QVÆSTIONES.

- i. Quid sit Miraculum. 197
- ii. De variis miraculorum generibus. 199
- iii. De conditionibus effectus miraculosi. 200
- iv. Vera miracula cur raro fiant, multa tamen, & frequenter facta celebentur. 203
- v. De Prophetia, seu rerum futurarum praedictione, occultarumque cognitione. 204
- vi. De Ecstasi, & Rapto. 212
- vii. De longo jejunio. 215
- viii. De miraculosa infirmorum sanatione. 223
- ix. De morte miraculosa, & de morbis divinitus im-

- missis. 235
- x. De cadaverum incorruptibilitate, & aliis nonnullis ad ea pertinentibus. 237
- xi. De mortuorum resurrectione. 244

TITVLVS II.

De Virginitate, & Stupro.

QVÆSTIONES.

- i. Virginitas proprie quid sit, & an ex certis signis cognosci possit. 251
- ii. De minus fallacibus notis, ac conjecturis virginitatis. 254
- iii. De signis violatae virginitatis. 256
- iv. De tempore nubendi in virginibus. 258
- v. Construpati pueri signa. 259

LIBRI QVINTI

TITVLVS I.

De Jejunio, & Quadragesima.

QVÆSTIONES.

- i. Quid sit Jejunium, & quotuplex, ad quem finem ab Ecclesia institutum, & quot conditiones ad illius observantiam requirantur. 265
- ii. An Jejunium, & praecipue Quadragesimale corporae salutis sit nocuum. 269
- iii. Quibus ex causis a Jejunii observantia homines excusentur, ac primo de causa respectu Aetatis. 276
- iv. De impedimento jejunandi ex causa laboris, & paupertatis. 278
- v. De impedimento jejunandi ex causa morbi. 280
- vi. De potu in Jejunio extra refectioem. 285
- vii. De Jejunio imposito cum pane, & aqua, & aliis similibus. 288
- viii. Dispensatio a Jejunio quoad qualitatem ciborum, & praecipue quoad carnes, an ab omni alia obligatione jejunii solutus censatur. 290
- ix. De Tentaculo, seu colatione, vel refectiuicula, aut Coenula tam vespere, quam mane in Jejunio sumpta. 291

TITVLVS II.

De Vulneribus.

QVÆSTIONES.

- i. Quid sit Vultus, quid ulcus, & que sit inter ea differentia. 297
- ii. De vulnerum differentia, de eorumque periculo, & securitate. 299
- iii. Vultus ex sua natura non lethale, an incuria, vel ex alia occasione fieri possit lethale. 302
- iv. Vulnera que usum Membri adimere, aut aliquid perpetuum impedimentum, vel deformitatem afferre possint. 304
- v. De conjecturis, ex quibus vultus lethale vel non lethale fuisse judicatur, & primo de conjectura desumpta a tempore intermedio inter vultus, & mortem. 306
- vi. Ex-



LIBRORVM, TITVLORVM,

- VI. Examinantur alia conjectura, ex quibus probatur vulnus fuisse aut non fuisse lethale. 308
- VII. De vulneribus venenatis, eorumque signis. 312
- VIII. De sanguine manante ab Occiso coram Occisore, de ejus veritate, ac de presumptione inde deducta contra homicidii reum. 313
- IX. De particularium membrorum vulneribus. 317
- X. De percussionibus sine sanguine, Pugnis, Sclibibus, Alapis, Flagellationibus, Saccellationibus, & aliis lesionibus hujusmodi. 318
- XI. Vulnera virone an mortuo inflicta fuerint. In flumen, aut Mare demersus virusne an mortuus fuerit demersus. Item virus an mortuus quis fuerit suspensus. Fulmine ictus, an per aliquam externam vim quis perierit. 320

TITVLVS III.

De Membris, eorumque mutilatione, & debilitate.

QUESTIONES.

- I. Membrum quid sit, & quanam proprie membra sint in corpore. 325
- II. De mutilatione, impedimento, & debilitate membrorum. 327
- III. Mutilata membra an reparari possint. 328
- IV. De Naso, Auribus, & Labiis. 329
- V. De Oculis, Barba, Dentibus, & Lingua. 331
- VI. De Manibus, Pedibus, & Digitiis. 334
- VII. De Pene, Testibus, & Mammillis. 336

TITVLVS IV.

De Aere, Aquis, & Locis.

QUESTIONES.

- I. De boni, ac mali aeris conditionibus, & signis. 341
- II. De Aquis, earumque bonitate, & vitio. 345
- III. Que servitutes Aquas impostas ipsarum Aquarum bonitati prejudicare possint. 354
- IV. De locorum salubritate, & insalubritate. 356
- V. Quanam, & quo tempore vitia Aeris, & Locorum mutatio, que vero non vitia. 359
- VI. Que incommoda sanitatis ex importunis adificiis vicinis habitantibus imminant. 361
- VII. De Cloacis, Aqueductibus, Canalibus, Horreis, Hortis, Pomariis, Forno, Fornacibus, Sterquilinis, Latrinis, Stabulis, & de Artibus immundis. 366

LIBRI SEPTIMI

TITVLVS I.

De Medicorum erroribus à Lege puniabilibus.

QUESTIONES.

- I. Medici nomine qui veniant hic, quot modis errare Medicus dicatur, & quanam errores sint à Lege puniabilis. 371

- II. In quibus casibus Dolus, in quibus vero Ignorantia, in quibus denique Negligentia praesumi possit. 373
- III. De erroribus Medicorum Rationalium, & primo de iis, qui ad mores, & scientiam spectant. 375
- IV. De erroribus omissionis ad consilia spectantibus. 377
- V. De erroribus commissionis ad Consilia spectantibus. 380
- VI. De erroribus omissionis circa operationem. 384
- VII. De erroribus commissionis circa operationem. 387
- VIII. De erroribus tam in omittendo, quam in committendo ad mercedem spectantibus. 393
- IX. De Chirurgorum, aliorumque similitum artificum erroribus. 397
- X. De Aromatariorum, & Sepsalariorum erroribus. 402
- XI. De Empiricorum, & Chemicorum erroribus. 402
- XII. De Obstetricum erroribus. 403
- XIII. De Assidentium, seu ministrantium erroribus. 405

TITVLVS II.

De Tormentis & Pœnis.

QUESTIONES.

- I. Tormentum, Quæstio, Tortura, Pœna, quid. Tormentorum quot genera, quot item genera Pœnarum. 409
- II. De gradibus Torturae, & de Carceribus. 413
- III. De Tormentis in specie, & primo de Tormento funis. 416
- IV. Quanam impedimenta in causa esse possint, ne rei chordæ Tormento subiciantur. 419
- V. De Tormento Vigiliae. 423
- VI. Reos in Tormentis desiccare ex quibusdam signis cognosci possit. 424
- VII. De Taxillis, Sibillis, & Ferula. 425
- VIII. De pœnis. 427

TITVLVS III.

De Præcedentia inter Medicum & Iurisperitum.

QUESTIONES.

- I. Quid sit Honor, quid Præcedentia. Honor major uni, quam alteri cur debeat in Republica. 431
- II. Objecta in Medicinam, & Medicos. 435
- III. Objecta in Leges, & Legumperitiam. 439
- IV. Responderur is, que contra Medicinam, & Medicos objecta sunt. 442
- V. Satisfit ad ea, que contra Iurisprudentiam, ejusque professores objiciuntur. 449
- VI. Lex quomodo orta, Politica unde originem traxerit, unde item Iurisprudentia. 452
- VII. Vocum, ac terminorum elucidatio. 453
- VIII. Dicende quæstionis ratio ostenditur. Objectis in contrarium responderur. 455

L I.

ET QUÆSTIONVM INDEX.

LIBRI SEPTIMI

TITVLVS I.

De Monstris.

QUESTIONES.

- I. De Monstri, Ostenti, Portenti, Prodigii appellatione. Monstrum quid, & quotuplex. 467
- II. De causis generationis Monstrorum. 473
- III. Que Monstra ex diversis specie Animalibus progigni possint, que non; que item ex humana specie possibilia, que non. 477
- IV. Que Monstra in humana specie rationalem animam fortiantur, que non. 483
- V. Bicipita Monstra, & que principaliora membra duplicata habent, pro unico homine, an pro gemino habenda. 485
- VI. Que Monstra vitalia, que non vitalia. 486
- VII. De partu ex Incubis suscepto. 487
- VIII. De Hermaphroditis. 491
- IX. Novæ Monstrorum atque historia, & alia circa hanc materiam sciri digna. 501

TITVLVS II.

De Officiis Divinis.

QUESTIONES.

- I. Quenam requirantur in recitandis Officiis divinis, que item in Missa, vel dicenda, vel audienda. 507
- II. Quinam morbi excusare possint à privata divinarum recitatione. 509
- III. De recitatione publica in Choro faciendâ. 518
- IV. Qui recitare Officia divina non possunt, an teneantur alium recitantem audire, & quanam etiam ab auditione recitandi hominem excusare possint. 520
- V. Qui morbi Missæ dicende, quæve audiente impedimento esse possint. 522
- VI. Medica præcepta in recitandis divinis Officiis servanda, quibus recitatio ob aliquem morbum noxia quoque modo esse possit. 524

TITVLVS III.

De Debito Conjugali.

QUESTIONES.

- I. Quando, quantum, quomodo debitum conjugale sit reddendum. 529
- II. De his, que virum à redditione debiti excusare possunt ex parte sui. 540
- III. De his, que uxorem à debito reddendo excusant ex parte sui. 545
- IV. De his, que vel alterum, vel utrumque conjugem prohibent exigere. 550
- V. De his, que conjugem à redditione debiti excusant ex parte alterius. 553
- VI. Examinantur nonnulla, que secundum Canonis

stat in usu Matrimonii cum peccato inter conjuges contingunt. 556

TITVLVS IV.

De Stigmatibus Magorum.

QUESTIONES.

- I. Quid sint Stigmata, de quibus hic, & historica eorum distinctio. 563
- II. Verum ejusmodi nature Stigmata dari possint, & quotuplex. 567
- III. Rationes nonnullæ in Stigmatum defensionem producuntur, illisque occurrunt. 569
- IV. Naturæ, an Artis cæco virum Homini ita affici possit, ut puncta dolorem non sentiat, nec sanguinem effundat. 571
- V. Ex præcedentibus quid eliciendum. 575

LIBRI OCTAVI

TITVLVS I.

De Irregularitate.

QUESTIONES.

- I. Irregularitas quid, & quotuplex, & quanam circa eam Medicus considerare possit. 581
- II. De irregularitate spirituali, & utrum Medicinæ exercitium inducat Irregularitatem. 582
- III. De Irregularitate ob causam Morbi in genere. 585
- IV. De morbo magis specialiter, & primo de iis, qui secundum Canonis ad Animum spectant. 586
- V. De Epilepsia, & Apoplexia. 589
- VI. De cæteris Morbis, ex quorum culpa homo evadit irregularis, & primo de morbis Capitis. 592
- VII. De vitio Oculorum. 594
- VIII. De Nasi vitio, Aurium, ac Labiorum. 598
- IX. De vitio Oris, Palati, Dentium, Gingivarum, & Linguae. 600
- X. De vitio Pectoris, partiumque cæterarum spiritalium. 602
- XI. De Stomachi, seu Oesophagi, & Ventriculi vitio. 604
- XII. De vitio Intestinorum, Hepatis, & Lienis. 605
- XIII. De Renum, & Vesicæ Urinariæ vitio. 607
- XIV. De vitio Membrorum generationis. 608
- XV. De externarum partium vitio, & primo de vitio Capillorum, Cutis Capitis, Colli, Spondilium, & Vertebrarum. 611
- XVI. De facie, & conspiciendarum partium Cicatricibus, Maculis & Defædationibus. 612
- XVII. De vitio Brachiorum, Pedum, & Manuum, ac Digitorum. 613
- XVIII. De crurum, & ambulationis vitio. 614
- XIX. De membris superfluentibus. 615

\*\* 4

xx. De



LIBRORVM TIT. ET QVÆST. INDEX.

xx. De Podagra, & Arthritide.	615	causis Moniales possint à Clausura exire.	641
xxi. De Scabie, & Lepra, cæterisque cutis infectionibus.	616	ii. Virum præter Pestem, & Leporam alios morbi sine justa causa excludi à Clausura.	646
xxii. De Morbo Gallico.	618	iii. Vigente Peste, aut Lepra in aliqua Clausura, sane ne, an infirme ab ea exire permittende.	651
xxiii. De Febre, & Peste.	620	iv. Moniales Lepra, vel Peste infectæ, & à Clausura dimisse, si sanentur, quando nam reverti ad Clausuram teneantur.	653
xxiv. De Irregularitate Fœminarum.	622	v. De Monialibus, quæ ex culpa aëris ipsius Clausurae infirmantur, & in quibus casibus videantur adesse justa causa relinquendi Clausuram.	655

TITVLVS II.

De Remedijs Medicis.

QVÆSTIONES.

i. Quenam sint remedia Medica; & quenam personæ circa eorum usum errare soleant. Infirmitas an & in quibus casibus teneatur Medicis obedire.	627
ii. Diætica.	630
iii. Pharmaceutica.	633
iv. Chirurgica.	635

TITVLVS III.

De Clausura Monialium.

QVÆSTIONES.

i. Quid sit Clausura, utrum maxia, & quibus ex
--

causis Moniales possint à Clausura exire.	641
ii. Virum præter Pestem, & Leporam alios morbi sine justa causa excludi à Clausura.	646
iii. Vigente Peste, aut Lepra in aliqua Clausura, sane ne, an infirme ab ea exire permittende.	651
iv. Moniales Lepra, vel Peste infectæ, & à Clausura dimisse, si sanentur, quando nam reverti ad Clausuram teneantur.	653
v. De Monialibus, quæ ex culpa aëris ipsius Clausurae infirmantur, & in quibus casibus videantur adesse justa causa relinquendi Clausuram.	655

LIBER NONVS

Habet

CONSILIA & RESPONSA  
XXXIV,

Ad Materias Medico-Legales pertinentia. Pag. 657.



PAVLI ZACCHIAE

Medici Romani

QVÆSTIONES  
MEDICO-LEGALES.

Liber Primus,

CONTINENS

TITVLOS QVINQVE,

quorum

*Primus* est de Ætatibus.

*Secundus* de Partu illegitimo, & vitali.

*Tertius* de Prægnantia, Superfoetatione, & Mola.

*Quartus* de Morte causa Partus.

*Quintus* de similitudine & dissimilitudine Natorum.



PAVLI ZACCHIE  
Medici Romani  
QVÆSTIONES  
MEDICO-LEGALIS  
Liber Primus

CONTINENS  
TITVLOS QVINQUE  
Primus est de ætatibus.  
de modo de Partu illegitimo & vitioso.  
de Partu de Prægnantia Supraortione &  
de Mortu causa Partus  
de Partu de Partu illegitimo & vitioso  
de Partu de Partu illegitimo & vitioso

PAVLI ZACCHIE  
Medici Romani,  
QVÆSTIONVM  
MEDICO-LEGALIVM,  
LIBRI PRIMI  
TITVLVS PRIMVS.  
De Ætatibus,

Continens Quæstiones decem.

I. Quid sit ætas.	Pag. 1.
II. De divisione & numero ætatum.	1.
III. De Infantia.	3.
IV. De Pueritia.	6.
V. Qui dicantur Pubertati proximi.	8.
VI. De Pubertate.	9.
VII. De Iuventute.	14.
VIII. De Virilitate.	17.
IX. De Senectute.	18.
X. De Senio, seu decrepitate.	22.

Illustrissimo



Illustrissimo ac Reverendissimo Domino,  
 DOMINO  
 SCIPIONI BVRGHESIO,  
 CARDINALI AMPLISSIMO.

Paulus Zacchias Medicus F.

**Q**ui labores suos typis committentes, eos principibus viris inscribunt, aut laudare, aut pro acceptis beneficiis gratias agere consueverunt; ego neutrum horum, sed explosa longa verborum serie, priores hos meorum studiorum fructus libens, ac volens ad te defero: nam neque animi tui virtutes, aut generis nobilitatem mea laude indigere, neque beneficium, quod tibi acceptum refero, verbis rependi posse mihi persuadeo. hæc tu si æquo animo complecteris, & beneficium in me collatum, & laudes tuas ex tuæ magnanimitatis fonte emanantes, si quid illis addi potest, mirum in modum auxeris. Vive diu, & vale.

LIBRI

LIBRI PRIMII  
 TITVLVS PRIMVS,

De Ætatibus, & iis quæ ad ætates pertinent.

S V M M A R I V M.

- 1 Ad Medicum pertinet de Ætatibus differere, ac determinare.
- 2 Quid sit Ætas secundum Iurisperitos, refertur num. seq.
- 4 Ætatis nomen sumitur aliquando pro tempore.
- 5 Ætatis definitio ex Medicis. S. num. 7.
- 6 Quælibet ætas in particulari esse constituitur per mutationem constitutionis corporis.
- 8 Infans quando quis dicatur.
- 9 Infans non intelligit quid agat.
- 10 In pubertate positus quando quis dicatur.
- 11 Puberes qui dicantur.

Quid sit Ætas.

Q V Æ S T I O I.



A, quæ de ætatibus disputatio instituitur Medica quidem est, sed quæ non minus ad Iurisperitos pertinere videatur, cum multa circa ætates discutienda veniant, quorum cognitio ipsis Iurisperitis non modo utilis, sed apprime est necessaria.

- 1 At verò de Ætatibus differere, ac decernere, earumque terminos præscribere (cum ii certi in universum assignari non possint Gal. teste de sanit. tuend. cap. 5. in princ. operum suorum class. secunda) solius Medici munus est: cum enim Ætates pro temperamentorum ratione mutationem, ac proprium terminum sortiantur, Fernel. Physiol. lib. 3. cap. 10. ac temperamentorum mutationes Medico præ cæteris notæ sint, & ad eum de iis agere pertineat. Gal. de temperam. lib. 2. cap. 2. class. 1. patet quòd & de Ætatibus dijudicare ad Medicum solummodo spectet.

- 2 Videndum ergò primò jure optimo, quidnam sit Ætas, quam primo loco definiunt Legumperiti, esse quamdam temporis mensuram à nativitate usquè ad obitum decurrentem. Mascard. de probat. concl. 1054. n. 58. sed nomen Ætatis in hac definitione aliter accipitur, quàm ad nostram rem faciat, quippe cum genericè acceptum esse pateat ex hoc, quòd per illam non assignetur ætatis cuiusdam particularis natura, sed tantummodò dicatur, Ætatem esse tempus illud, quo homo, vel animal vivit, cum tamen hoc non queramus: hoc enim pacto Ætatis nomine accepto, nihil aliud significatur, quàm tempus, ut accipi contingit interdum, quemadmodum apud Lucret. lib. 3. de Rer. nat.

— In quo sit mori alibus omnis

Ætas post mortem quæ restat, cunque manenda. Et similiter in communi modo loquendi Ætatis nomen, ut dixi, pro tempore ponitur, cum igitur  
 Liber I.

Iurisperitorum definitio non integrè rei naturam assecuta fuisse videatur, alia, ac magis propria, & peculiaris Ætatis definitio quaerenda est.

Medici optimè definiunt, Ætatem esse id vitæ curriculum, quo luculenter corporis constitutio per se, suoque nutu mutatur. ita Fernel. loco supra citato, nam per mutationem constitutionis ipsius corporis ætas particulariter constituitur inesse individuo, ita ut magis sit hæc, quàm illa ætas.

Vel dicamus, quòd ætas certum vitæ spatium sit, in quo pro temperamenti mutatione corporis, & animi peculiare vigent actiones: tunc enim aliquem in una ætate constitutum dicimus, cum functiones exercentur constitutioni sui temperamenti convenientes; quamobrem in Infantià positum quem dicimus, cum fari, ac ordinatè loqui non potest ut s. Papillus, vers. Quod diximus. Infit. de inutil. stipul. & cum non intelligit, quid agat; ut ibidem habetur, & cum nullius rationis est particeps, ut Plat. de Republ. lib. 4. quem refert Gal. de Plac. Hipp. & Plat. lib. 5. cap. 7. class. 1. In pubertate verò positum dicimus aliquem, cum evidenter corpus augetur, pili in locis consuetis apparere incipiunt, & ad coitum aptus homo est: puberes etenim dicuntur, qui ex habitu corporis concipere, & generare possunt. c. Puberes. de despons. Impub. & ibi Abb. num. 2. eodem quoque pacto, & in reliquis ætatibus considerandum. Alias præterea ætatis definitiones affert Epiphani. Ferdin. Theorem. lib. 1. Theor. 19. quas vide apud ipsum.

S V M M A R I V M.

- 1 Ætatum divisio, ac numerus varius.
- 2 Ætates sex ex nonnullis Iurisperitis.
- 3 Ætates septem ex aliis.
- 4 Ætates quatuor ex aliis.
- 5 Ætates quinque ex aliis.
- 6 Ætates duæ tantum ex aliis. S. num. 12.
- 7 Ætates duodecim numerari possunt.
- 8 Ætates quinque ex Fernelio.
- 9 Ætates septem ex aliis Medicis.
- 10 Ætates novem ex aliis.
- 11 Ætates tres ex Arist. & ex aliis ibi.
- 12 Ætates ex communi opinione quatuor.
- 13 Ætates quatuor ex aliis. S. num. seq.
- 14 Ætates quatuor ex aliis. S. num. seq.
- 15 Composita temperamenta quatuor.
- 16 Multiplex Ætatum divisio Iurisperitis magis consensu.

De Divisione, ac numero Ætatum.

Q V Æ S T I O I I.

Varia ac multiplex apud multos est Ætatum divisio, ac numerus, ita ut serid dixerit, ac bene Valls. Controvers. Philosoph. ac Medic. lib. 1. cap. 8.

